

trunca & interrupta sint, ut aquila noctua
sit similior, quam bac præceptis à prudente & in-
telligentem magistro profectis. Quinto, quod ex
libris diversarum sectarum non potue-
rint non variæ antinomiae in his Centoni-
bus remanere. Sexto, quod non puros JC-
torum fontes exhibeat, sed de suo sèpius non
tantum duo aut tria verba, sed integros sèpe
versus & paginas immiscuerit. Septimo, quod
multas tautologias & superflua adiecerit, &
antiquatas obfoletasque materias pro utilibus
venditaverit.

Cap. 13 - 15. proferuntur eventus varii ex
Justiniane compilatione accidentes:
nempe quod Imperatores sequentes ex ea abo-
leverint, mutaverint, quicquid placuerit;
quod Italia à gentibus septentrionalibus occu-
pata earum leges & statuta receperit, usque
dum Irnerius studium Juris Justinianei re-
vocaret, non veritus ei manum inferre,
ubicunque commodum videretur. Ex
hac vero Juris Justinianei sive privata, si-
ve publica in scholas receptione factum
esse, (i) quod jussu publico Gratianus Decre-
tum compilaverit, cui dein Decretales ad-
ditæ, totumque Juris Canonici corpus com-
pilatum sit: cumque studium librorum
Justiniani magnos interea progressus
sensisset, Pontifices ex sua quoque parte
non